1173 est eis mittere Fridericum episcopum et co-
) übergeschrieben P)mitem) Witkonem[1], virum urbane eloquentiȩ,
cum quibusdam aliis in Nurberk, qui et
p. 30 u. 31 fehlen absentiam suam excusent et oblata |
u. f. 88' rührt von Hand A, die auch den Einsatz schrieb (P.T.) pecunia imperatorem ab hac intentione avertant.
Breviter dicam: eunt et inacte redeunt, secundo
mittuntur et nihil proficiunt, imperator nec
prece flectitur nec precio, instat, ut dimitta-
tur Zobezlaus. Cuius voluntati non ausi re-
sistere, faciunt tandem, quod iubet, dimitten-
tes eum et Pragam deducentes, ubi Fridericus
eius prestolabatur adventum. Quo eminus
veniente revelantur iam ex multis cordibus
cogitationes, occursa enim et concursa multo-
rum excipitur ac primo ad limina sanctorum
? cum magna humilitate nudatus pedes pro-
cedit gratias acturus, deinde ad regem et Frideri-
cum, a quibus in osculo pacis excipitur, postre-
mo ad hospitium progreditur; cumque cubaret,
sinistri ei rumores dicuntur, videlicet quod Fride-
ricus eum de mane cȩcare velit. Quibus ille
territus de nocte fugit et cum omnibus, quos
habere potuit, ad curiam imperatoris, quȩ in

1) Über Witigo s. Zatschek, Die Witigonen und die Besiedlung Südböhmens, Dt. Arch. f. Landes- u. Volksf. 1, 114 f.